UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Felice papa. ij. [et] mar. Cap. cliiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

nium dolorem patiens : cum ad eius tumulum liberatus fuiſſet: eccleſiam et locum dotauit: ⁊ trium miliariorum ſpatio in gyro predia cūcta eidem conceſſit.

¶ De ſancta Marcilla pediſequa marthe. Cap̄. cliij.

MArcilla marthe pediſeq̄ fuit. Hec mulier illa fuiſſe perhibetur: que luce. xi. cap̄. Extollens vocem de turba: ventrem qui chriſtum portauit: ⁊ ybera q̄ illum lactauerunt: beatificare promeruit. Hec cum ipſa domina ſua a iudeorū finibus expulſa: ⁊ cum alijs diſcipulis: vt ſuperius actū eſt: maſſiliam deuenit: ipſam vſq; ad eius obitum non dimiſit: ipſiuſq; vitam et geſta conſcripſit: que poſt eius vite finem in ſclauoniam pergēs ⁊ ibidem xp̄i euangelium predicans poſt decimum annū a dormitatione marthe in pace quieuit: corpus eius aquis tranſlatū iuxta corpora beate marie magdalene ⁊ ſancti Maximini: ac ſancti cedonij ſepultum eſt: vt ſupra dictum eſt in geſtis maximini epi. iiij. idus iunij.

¶ De ſancto ſimplicio fauſtino ⁊ beatrice martyrib⁹. Cap̄. cliiij.

SImplici⁹ ⁊ fauſtinus: atq; beatrix ſub diocletiano imperatore paſſi ſunt in vrbe roma. Qui diocletianus predictos duos germanos detētos multiſq; ſuplicijs effectos: iuſſit pro chriſti nomine decollari: ⁊ corpora per pōtem lapideū in tyberim iactari. Qui dei nutu inuenta ſunt in loco qui vocat̄ ſextū philippi via portueñ. q̄ ſctā beatrix eorꝫ quondā germana collegit: et cū ſanctis criſpo ⁊ iohāne p̄ſbyteris in ipo loco ſepeliuit. Et exinde apud ſanctā lucinā morabat̄. Cū aūt lucreti⁹ impatoris vicarius ambiret p̄diū quoddā ipius beatricis p̄dio ſuo vicinū occaſiōe repta eā teneri fecit: ⁊ dijs immolare p̄cepit. Quā renuentē carceri mancipauit: deinde noctu a ſeruis ſuis eā p̄focari mādauit. Cui⁹ corp⁹ lucina rapiēs iuxta germanorꝫ corpora ſepeliuit. Qui paſſi ſunt. iiij. kal. auguſti. ¶ Poſt hec lucreti⁹ prediū beatricis intrauit: vbi facto amicis ſuis cōuiuio martyrib⁹ inſultabat. Infantulus v̄o lactēs pānis inuolut⁹ de gremio matris que ibi aderat exclamauit. Audi lucreti: occidiſti ⁊ inuaſiſti: ecce datus es in poſſeſſionē inimici. Statimq; lucreti⁹ tremēs a demone arripit̄: ⁊ p̄ tres horas adeo vexatus eſt: vt in ipſo cōuiuio moreretur. Quod aſtantes videntes conuerſi ſunt. Paſſi ſunt autē circa annum domini. cclxxxvij.

¶ De ſancto felice papa. ij. ⁊ mar. Cap̄. cliiij.

FElix papa ⁊ martyr huius nominis. ij. natiōe roman⁹ ex patre anaſtaſio: liberio pape i ep̄atu romano ſucceſſit: ſeditq; annū vnū. Hic fuit catholicus vir: ⁊ conſtituit vt ep̄s vocat⁹ ad cōcilium veniat. Huius predeceſſor liberius cū nollet arriane hereſi cōſentire miſſus eſt in exiliū a cōſtantio auguſto filio cōſtantini: et ibi p̄ trienniū moratus eſt. Quapropter vniuerſus clerus ⁊ populus romanus loco ei⁹ felicē ordinauerūt. Qui quidē felix concilio cōuocato corā. xlviij. epis: conſtantiū impatorē: arrianū hereticū: ⁊ duos p̄ſbyteros ei fauētes: ſcꝫ vrſatiū ⁊ valentē condemnauit: p̄ eo videlꝫ: q꞉ idē cōſtātius in hereſim arrianorꝫ p̄labens ab euſebio nicomedieñ. ep̄o fuerat rebaptizat⁹. Qui vrſatius ⁊ valens: poſt dies aliq̄t rogauerūt ꝯſtātiū: vt liberiū de exilio reuocaret: vt vna tm̄ participatiōe cōicarent. Quorꝫ ſuaſionib⁹ auguſtus inductus: ⁊ q꞉ felix eū dānaſſet indignat⁹: felicē de ep̄atu ſuo eiecit ⁊ liberiū eo pacto reuocauit: vt ſibi ⁊ alijs q̄s dānauerat cōicaret: liberi⁹ igit̄ in heretica prauitate ꝯſenſit exilij tedio affectus. Et ſic in tantū p̄ſecutio excreuit: vt q̄plurimi p̄ſbyteri ⁊ clerici liberio non p̄hibēte intra eccleſias necarent̄. Tenuitq; liberi⁹ potēcialiter baſilicas apoſtolorꝫ petri ⁊ pauli: ⁊ cōſtantinianā annos vij. Felix v̄o de ep̄atu eiectus habitabat in predio ſuo via portueñ. Inde ab hereticis poſt annos. vij. ad vrbē tract⁹ martyriū capitis obtruncatione p̄meruit. Et ſepult⁹ eſt in baſilica quā ipe cōſtruxerat via aurelia. iiij. kal. augu. circa annū dn̄i. cccxl. Et ceſſauit ep̄at⁹ vſq; ad obitū liberij. Nā dies felicis oēs ſub tp̄e liberij computātur propter occaſiones memoratas.

¶ De ſancto Felice papa. iiij. confeſ. Cap̄. clv.

FElix papa huius nois. iiij. natione ſamni⁹ ex patre cōſtantino. Iohanni pape primo in pontificatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos. iiij. menſes. ij. dies xiij. Hic conſtituit vt infirmi an̄ eorꝫ trāſitū oleo ſctō inungerent̄. Hic patriarchā cōſtātinopolitanū arriane hereſi maculatū excōicauit ⁊ hereſiarchā dānauit. Et poſtq̄ i oī ſctitate fidē ap̄licā feliciter gubernauit: virtutib⁹ fulgēs ad xp̄m migrauit. Et ſepult⁹ iacet apd̄ ſctm̄ petrū ap̄lm. Et ceſſauit ep̄at⁹ mēſez. i. ⁊ dies. xv.

¶ De ſancto Lupo epiſcopo. Cap̄. clvi.